

ne, qua Me *ἀνάδοχον* baptismo filio  
adstare voluisti, tum testatam fece-  
ris: Ego vitam Mihi acerbam esse ha-  
ctenus putârim; nisi, publico aliquo  
monumento, Meam etiam erga Te  
observantiam oppignorarem.

Vobis verò, *Prudentissime Consul*  
& *Senatores Patriæ spectatissimi*, ut  
laborem hunc meum nuncuparem  
non pauca me etiam incitârunt. Mi-  
ra enim semper fuit *Sprottaviensium*  
in studium Medicum propensio &  
inclinatio: quam *novem Doctores*  
*Medici*, ex urbe vestra, & *Candidatus*  
*unus*, peste præmaturè abreptus, lu-  
culenter attestantur; laureâ Apolli-  
nari, intra annos aliquot, (ut alios  
ante pubertatem meam, piè defun-  
ctos, silentio hîc involvam) sole-  
mniter in Academiis, impetrata. Cui  
accessit: quòd à viris fide dignis ac-  
ceperim: eam esse de medicamentis  
Chymicis apud vos existimationem  
ut in urbe vestra plerique morbi ar-  
canis